



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXII. Ein Vidimuss Bischoff Ludwigss zu Brandenburk u. s. w. vonn dem nechstobgesetzten Marggraf Ludwigss zu Brandenburk u. s. w. brief vber das Dorf Storkow, mitt XX Numeriret.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXII. Ein Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburg u. f. w. von dem nechstobgefatzen Marggraf Ludwigs zu Brandenburg u. f. w. brief vber das Dorf Storkow, mitt XX Numeriret.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas generosi principis Domini Lodeuici, Marchionis, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua parte uitiatas, Vidimus et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: In nomine domini Amen. Nos Lodeuicus, dei gratia Brandemburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, dux Bavarie sacrique Romani imperii Archicamerarius, recognitione publica protestamur, quod matura deliberatione prehabita et nostrorum secretariorum ducti consilio iuste et rationabiliter uendidimus uiris religiosi Abbati et conuentui Monasterii Celiporte pro centum et decem marcis argenti Brandemburgensis, nobis omnimode persolutis, proprietatem uille Storkow etc. Volget nun der Inhalt weiter von wort zu wort, wi hiernechst Im Original No. XX zu befinden.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapdorpp, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXV<sup>o</sup>, Dominica, qua cantatur Jubilate.

Dass dise Vidimus Copej mit Irem Originall Auscultiret, Collationiret vnd demselbenn allenthalben gleichlautend sei, Dass Bezeuge Ich Erasmus Seydell, obgenanter Notarj, mit diser meiner eigen handschrift.

XXIII. Ein Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburg von einem vertragsbrief der Statt Fürstenberch Mit dem Closter Himmelpforten, der Heyde halben, Zwischen der Obell vnd dem Dorff Garlyn gelegen, vffgericht.

Ludouicus, dei gratia Brandemburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod literas consulum ac ciuium ciuitatis Vorstenberch ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uitiatas uidimus et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: Nos consules Vniuersique ciues ciuitatis Vorstenberch in noticiam deuenire uolumus singulorum, Quod cum domino Abbate Celiporte siue conuentus unanimi accedente consensu, taliter placitauius et conuenimus cum eodem, ut mericam supra molendinum Vorstenberch sitam, ex una parte obolam et ex altera metas uille Garlyn attingentem, quam actenus in pastum habuimus animalium, ad proprietatem Ecclesie Celiporte pertinentem, deinceps arare nobis liceat et seminare, ipsi Ecclesie Celiporte in censum perpetuum triginta solidos denariorum Brandemburgensium promissimus soluturos, Ita sane quod in natali domini unum talentum et in carnispruio decem solidos soluere teneamur. Insuper fatemur, eosdem fratres in eadem merica altam iusticiam, que uulgariter dicitur Ouersterichte, sibi sicut habuerant reseruasse. Et ut hec nostra conuentio, cum eodem conuentu facta, firma permaneat et inconuulsa, Testes adhibuimus Andream, aduocatum in Lieuenwolde, Nicolaum, prefectum in Vorstenberch, et alios quamplurimos fide dignos. Sigillum etiam nostre ciuitatis ad munimentum presentium duximus appendendum. Datum anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XVIII<sup>o</sup>, sequenti die Marci Euangeliste.